 re rem per absentiam suam quam per
 presentiam sicut ex nobilitate re-
 gie maiestatis est quod vbiq; regat in
 regno. licet vbiq; personaliter non
 existat. **C**ontra. quidam effec-
 tus dependent ex suis causis quod sic
 earum presentia non existunt pro-
 pter vehementiam caliditatis et depericcia ef-
 fectus sicut patet de radio et sole.
Sed omnes res sume a deo dependunt et de-
 e causa in omni re inquit est omni rei eternaliter
 presentis. **A**d questionem de crisostomo quod
 deus est vbiq; scimus. **S**ed quomodo sit vbiq;
 intellectui non capiunt. **A**d primum quod deus
 non est adorandus in quolibet suo signo si-
 cut in proprio quod est aliquid res ad hoc ordi-
 nata ut in ea deus honoretur. sic fuit eu-
 bae artes sic obustio et angelus ap-
 parens. **A**b eodem. **A**d 2. non sunt deo di-
 simplices ut sic in lapidibus et lignis
 deum adoraret propter similitudinem ad ydolatri-
 am quam quis possit homo adorare deum sub
 pia intentione in quacumque re sine peccato. quia
 tamen habet posset specie mali melius est
 a talibus abstinere adorationibus.
Ad tertium dicendum quod maioris potencie
 est regere per presentiam quam per absentiam vniuersa

Vnde ille qui potest esse absens indiget moueri a transferre se frequenter. **Motus** autem est adus imperfecti: nec potest alius ita perfecte egere absens sicut presens. **Lea. 102.**

Quando est enim lucis eterne et speculi sine macula dei maiestatis a ymago bonitatis illius. Descripta sapientia secundum duas similitudines metaphysicas exequitur in hac littera eam descriptam secundum tres alias figuras. Dabet ei sapientia que est domini dei per christum uenustatis. magnitudinem puritatis a similitudinem deitatis. **Quantum** ad primum dicitur quod est candor lucis eterne: lux eterna est ueritas necessariorum que candorem recipit a demonstrationis euidentia inducit. **Uel** potest dici. ueritas manifestissima fidei in quantum ad ea que fide tenentur. **Ab isto** autem candore doctores in ecclesia candidi nominantur. **Gene. 30.** Pulchriores sunt oculi eius uino a dentes eius lacte candidiores. **Doctores** enim a prelati quorum est alios informare dicuntur dentes ecclesie: quia sicut officium dentium est cibum frangere. diuidere. conterere. a mastica. **ita** officium prelatorum et doctorum est sacram scripturam frangere a diuidere secundum quod subditorum necessitas exigit. **Canf. 2.** dicit sponsus ecclesie dentes tui sicut greges tonsati que ascendent de lauachro. **Glo.** dentes qui per uerbum rodunt scripturas atterunt sunt fortiores a ad regendum apti scilicet ecclesiam qui firmitate preualent. **Et** dicuntur isti dentes sicut greges ouium propter innocentiam. consarum propter

uoluntariam paupertatem per quam ab eis omnia superflua a quandoque necessaria auferunt qui ascendent de lauachro quia a baptismali regeneratione continentie proficiunt ascendentes de uirtute in uirtutem. **Et** isti dentes sunt lacte candidiores propter sapientie uenustatem. **Et** Arist. Istoria tria de dentibus. **Unus** est quod dentes sunt stupidi: curant cum sale quod sal auferit stuporem a dentibus. **Et** hoc dicit Arist. **pti. 1. pble. 31.** **Secundus** est quod dentes rari a distantes dentes non sunt ita longi sicut illi qui habent densos a fortes. **Et** hoc dicit **pti. 3. pbleu. primo.** **Tercium** quod dentes sunt dulciores a fortiores quam carnes a tamen magis patiuntur a frigiditate quam canes: sed a calido plerumque ledit caro quam dens. **Cuius** causa est quod dentes habent multos poros et minutos a hoc denotat albedinem eorum. **In** istis uero modis poris est modicum de calido. **Sunt** enim dentes frigidiores quam ossa. **Et** ideo frigidum adueniens cito alterat a ledit dentes. **Caro** autem habet poros latos in quibus plerumque uisus de calido a iocundum patitur de frigido: sicut a calido plerumque ledit caro quam dens. **Calida** namque celeriter percipiunt calidum a ledunt in. **Itaque** efficit uelut ignis in igne. **Moraliter** sicut dicitur. **Doctores** a prelati in ecclesia sunt sicut dentes candidi in corpore christi mistico. **Inferiores** uero delicatiores sunt sicut caro. **Contigit** autem aliquando quod isti dentes patiuntur stuporem sicut euertit quando homo comedit fructus actos a imaturos. **Et** ei non possunt statim per ea masticare sicut lesioe cibos alios. **Quod** sic est quod illi qui doctores esse debent in ecclesia occupant suum ingenium cum sciis seculares a circa prudentiam dispensandi ista

mundana contrahunt stuporem et fi-
 ut inepti ad dirigendum cibum doc-
 ne fidei ad usum subditorum. De ta-
 libus dicitur **Amos 6.** Dedit vobis
 stuporem gentium in cunctis verbis
 vestris ad indigentiam panum in om-
 nibus locis vestris. Isti tamen stupo-
 rem auferre possunt facilliter per sal-
 tem per studium scripturae sacrae ad **Col.**
3. Sermo vester sepe in gratia sit
 sale conditus. Secundo ille ecclesie in
 impietate que habent raros den-
 tes et paucos doctores et prelatos
 instructos non sunt ita longevae id
 est ita perseverantes in vita gra-
 tie sicut sunt illa loca ubi habun-
 dant doctores morigerati sancti et
 instructi. Tercio tamen isti dentes
 magis per aciem a frigido quam carnis
 Et carnales sive mundi magis
 patiuntur a calido, frigidum et calidum
 sunt aduersitas et prosperitas. Bo-
 ni autem et perfecti magis leduntur
 aduersitatibus quam imperfecti et imp-
 fecti magis leduntur et falluntur
 peccando in prosperitatibus quam in ad-
 uersitatibus. Quia **psalmus 1.** Prosperitas
 stultorum perdet illos. Dicit ergo spiri-
 tus sanctus per sapientiam contenta in
 scriptura sacra est candor lucis et
 ne id est veritatis increate que est deus.
Iob 1. Deus lux est et in eo tenebre
 non sunt ullae. Secundo est speculum sine
 macula dei maiestatis. In scriptu-
 ra enim sacra dei maiestatis per fi-
 dem inspicitur quasi in quodam spe-
 culo mundissimo in quo nulla est
 macula falsitatis. **Col. 13.** Vide
 nunc per speculum in enigmate. Vnde
 tota cognitio quam de deo habemus
 in presenti est specularis in qua cog-
 nitione obiectum representatur non per

se sed per suam similitudinem et non per
 lineam rectam sed per lineam reflexam
 Sed in futuro videbimus deum sicut
 est non per creaturas sed immediate
 quasi per lineam rectam. Non solum in
 speculo sapientie que est sacra scrip-
 tura videmus deum. sed etiam moyses no-
 stros quales esse debemus si finem le-
 gem dei videremus. Vnde **Iero.** in
 epistola ad demetriadem virginem. Ve-
 re inquit lectione diuina vice speculi
 secula corrigendo. pulchra conser-
 uando et pulchriora faciendo. Scrip-
 tura enim speculum est. secula ostendens
 et corrigenda docens. Simile est **Bea-**
tae Gregorius 2. moralium c. 1. Sacra inquit
 scriptura quasi speculum quoddam
 oculis mentis opponitur ut inna no-
 stra facies in ipsa videatur. Ibi enim
 secula ibi pulchra nostra cognosci-
 mus. ibi sentimus quantum proficimus
 quantum a profectu distamus longe
 Et sicut ille qui habet in facie ma-
 culam manifestam abhorret se vi-
 dere in speculo. ita moraliter viciosi in
 vita abhorrent se reputare ubi sa-
 cra scriptura quantum ad bonos mo-
 res in verbo dei manifeste opponitur
 Et tales sunt quibus nullum speculum
 bene placet. Sic narratur de quadam
 episcopo et de formi dicebatur. Ita ei habuit
 tortam faciem et oblongam. Et quocumque
 respexit speculum doluit et offensus
 tur de formitate tantam suam se imputa-
 bat speculo. Vnde plura specula fre-
 git quam omnes mulieres de patra. Ita est in
 ecclesia de hominibus viciosis nec vitam
 suam volunt emendare. Nullus enim
 bonus eis placet contra quoslibet te-
 ne predicantem offendunt quod se persequuntur
 in isto speculo vitam suam esse distortam
 et tempore nec tamen se corrigunt per penitentiam

sed quātūmāq; tene audierint se
 descriptos statim ppter veterē cō-
 suetudinez obliuiscūt q̄les in specu-
 lo describūt. Et de talib; dicit **Iac**
1. Si q̄s auditor ē verbi a nō factor
 hic opatur vno ofide: vūl. nati. sue
 in speculo. Considerauit em̄ se a a-
 bije a statim oblit; ē q̄lis fuerit.
 Et ito tene premitit **Estote facto-**
res verbi dei a nō auditores tantū
fallentes vosmetip̄os. Legi; em̄ **Ex**
od. 28. q̄ moyses fecit de mādato
 dñi quendā luterē a q̄d dā lauato-
 rium q̄d ponebat mē tabnaculuz
 a altare: in cuius margine supio-
 ri erat specula a interi; contineba-
 tur aqua vt sacerdotes ante q̄ ad
 altare accederēt inspicere possent
 si aliquā maculā abluēd am habe-
 rent. sicut dicit magister in histo-
 rijs et eam abluendo delerēt añq̄
 accederent ad altare. **Isto mō mo-**
raliter sacra scriptura est interi;
aqua gratie a deuotionis a exte-
rius in verbo doctrine sunt specula
informatōis sincere vt omnis hō
semetipsum possit inspicere et q̄d
defectū fuerit emēdāe. qm̄ hec est
speculi sine macula maiestatis dei
Tercio sapientia q̄ in scripturā sa-
crā continef: ymago loitatis dei dici-
tur. Sicut enim p ymaginē agnos-
cit id cuius est ymago: ita p ea q̄
p scripturā docentur diuina bene-
ficia nobis exhibita et pmissa vi-
dentur. Alter potest littera hōbier-
ne lectiois expō: de x̄po qui est sa-
piētia increata. Ipse em̄ fuit cādor
lucis: honestissime viuendo. specu-
lū sine macula rectissime docendo.
Et ymago loitatis benignissime tē-
dimento. Fuit etiam cādor: lucis

per corporis puritatem. **Speculum**
 sine macula per mentis claritate;
 Et ymago loitatis per diuinam
 personalitatem. **Vnde August. 1.**
de ciuita. dei. c. 2. dicit q̄ homo dici-
 tur ad ymaginē dei scdm̄ illud. **Ge-**
ne. 1. **Faciamus hominem ad ima-**
ginem a similitudinem nostrā. S; **S;**
 filius dei sic dicitur ymago patris
 a nō ad ymaginē. Quia nat; ē nō
 creatus similis a equalis a i nullo
 dissimilis. **Homo autem est yma-**
go et ad imaginem. q̄ nō equat
parilitate sed accepit similitudinē
In qua tamen ymagine plus dif-
formitatis q̄ ouemēcie demēatur.
Lic; em̄ similitudo sit de rōne ymagi-
nis n̄ tñ eq̄litas s; tātz de ratione
pfecte ymaginis ē eq̄litas. Sic di-
cit idem Augustinus de 83. questi-
onibus. q. 41. **Istud speculum cris-**
tus videlicet fuit speculum planū:
plane docendo. speculum cōcauū:
humilit molēdo. speculū cōnexū:
potēte resurgēdo. In speculo ei cōcauo
apparet ymago reuersa ad supi;
a inferius a dextz sinistrū. Et ita
fuit in cristo morient: summ; de;
a vilissimis reb; aldis torq̄bat. sū-
me iust; accusabat. sūmus iudex
plectabatur. Et sicut per speculum
cōcauū accēdit ignis: ita p cōtēpla-
cōez istū speculi cōcauū sūme in no-
bis accēditur ignis deuotionis a
dilectionis ad deum. Et sicut in spe-
culo integro non apparet nisi vna
ymago. Si autem cōfringatur v l
discontinuetur quelibet particula
suam representat ymaginem. Ita
fuit in cristo. quaz diu anima cris-
tiet corpus coniuncta fuerunt ad
suuicem et cristus fuit hō viuēns
 X. 30

249

vna tantū ymago apparuit viz si-
 militudo hominis qz apud popu-
 lū infideles nō videbat ū homo pu-
 rus. a nō homo a deus. Sed vbi
 facta ē cōfractio istius speculi a dis-
 cōtinuacō siue diuisio corpis ab
 aīna licet diuinitas vtriq; ess; cō-
 iūcta. statū mundo paruerūt due
 ymagines duarū naturarū viz
 dei a hoīs a semp ipeitū appare-
 bunt. ymago hoīs apparuit in cor-
 pe vulnerato crucifixo cōclauato
 sepulto a cōsignato. S; ymago di
 apparuit i sole eclipsato tēremo-
 tu monstrato velo lacerato. rupi-
 um rupione a mortuorū resuscita-
 tione ut merito fateret. Cētūore
 re fili; dei erat iste Matth. 21. Dic-
 g xps dicit speculū sine macula
 ad diffēciā hoīnū qui specula q-
 dam dici possunt. sed nō sine ma-
 cula ppter fomitem cōcupie epug-
 nans spūi cōtinue vivit in carne
 Job 14. Quis est homo ut imacu-
 latus sit a ut iustus appareat na-
 tus de muliere. Lcō 107.

A p dicit

Et cū sit vna omnia p̄t et
 p̄manens in se. omnia in-
 nouat a p̄naciones in aī-
 mas sanctas se transfert amicos
 dei a p̄phetas constituit. Reminez
 em̄ diligit deus nisi eum qui cum
 sapia i habitat. Postq̄ spiritus
 sanctus declarauit nobilitate; sa-
 pientie in essendo. Dic enarrat e-
 ius potestate i regē. Et circa hō
 duo facit. Primo ostēdit ei; gene-
 rale gubernacōem omnium causati-
 uā. Sed ei; specialē opacōez circa
 humanā p̄rogatiuā. Sed a ps ibi
Et p̄naciones. Quantū ad primā
 p̄t; tangit quatuor de sapia. ym-

late; potestate. stabilitate. a cali-
 tate. Vñ dicit sic Et cū sit vna om-
nia p̄t. a p̄manens in se oia inno-
uat. Sapia enim dicit vna abvni-
 tate subiecti principalis sicut ois
 sciencia dicit vna p̄mo posterior
 Similiter ab vnitae finis quem
 intendit qui ē amor dei. Est em̄ deus
 principale subiectū a amor dei i sa-
 cra scriptura principalis ē intentū
 Vnde Aug; de laude caritatis Ille
 tenet quod patet a qd latet in di-
 uinis codicibus qui caritatem ser-
 uat in moribus. Ita sapia cui; sit
 vna oia p̄t a p̄manens in se. oī-
 no immutabilis exis. Omnia in-
 nouat gubernanda regendo. Ex
 quib; p; ei; general; gubnacō oī-
 um causatiua. Specialis at; ei; ope-
 racō circa hūana; p̄rogatiuā sub-
 iūgitur quo ad tria. Causat enim
 i hoīb; sc̄monia amicitia. a p̄phe-
 tia. Vnde subdit sic. Et p̄naciones i
aias sanctas se transfert. qz n̄ ē per-
sonarū acceptō apud deū. Actū
10. Nō ē p̄sona; acceptor de; sed
 in oī gente que timet deū a opat
 iusticia; acceptus ē illi. Et ideo sa-
 pia que donū dei p̄naciones sanctas
 hoīm viz vbiq; terrarū. se trāffert
 illis inspirādo diuinū cultum a ea
 que sūt necessaria ad salutem trāf-
 fert se in aīmas sanctas. non sac-
 titate; presuppōendo. sed facien-
 do. Vnde subdit amicos dei id ē
 amantes deum a amatos a deo a
 p̄phas constituit. Coē. 12. Vnicuiq;
 dat manifesta; spūs ad vtilitatem.
 et infē. Alij p̄phia. Alij discrecio
 splūū. Dec oia sic pbāt. De; nul-
 li dat donū sapie n̄ illi que; diligit
 S; de; nllū diligit n̄ illū q; cū sapia

inhabitat ergo nulli alteri dat do-
num sapientie. **V**nde subdit. **Rei**
me enim diligit deus tamquam electum
et de familia sua misit eum qui cum sa-
piencia inhabitat. **E**t hec est figu-
ra que weatur ypalage que figu-
ra fieri habet quocienscumque ver-
ba per contrarium intelligunt. **S**i
autem si dicamus prodest dare clasti-
bus auro cum nauem ventis hinc
venum nauibus demus hinc yfido-
rum primo. **E**thio. c. 23. de Scemati-
bus. **V**nde sensus est. **N**eminem
diligit deus nisi eum qui cum sapi-
entia inhabitat. **M**isi eum in quo
habetur sapientia et quem inha-
bitat sapientia. **H**ec que de sapie-
ntia exponuntur plura de sapie-
ntia que est dei filius verificantur si
sententia licet non mutatur. **Q**uia
dicitur in lectione ista quod sapientia
et amicos dei prophetas constituit
potest esse dubitatio literalis. **V**trius-
que solis amicos dei conferatur donum p-
phetie. quod sic. **S**ecreta non sunt reue-
landa nisi amicis. **J**uxta illud **Job**
14. **V**os autem dixi amicos quia omnia
que audiui a patre nota feci vo-
bis. **S**ed deus secreta sua reuelat
prophetis ergo prophete sunt amici
dei. **I**tem **Matth. 10**. **A**ttendite a fal-
sis prophetis qui veniunt ad vos in
vestimentis ouium intrinsecus au-
tem sunt lupi rapaces. **S**ed qui non
sunt amici dei intrinsecus sunt lupi ra-
pates et per consequens false prophe-
te. **E**rgo omnes veri prophete sunt
amici dei. **I**tem dicit **Aristoteles** 2.
libro de sompno et vigilia quod si diuina
natio sompno eum est a deo. incon-
ueniens erit immittere quibuscumque et non
optis vni. **V**nde si eum inueniens est

dicit quod diuina sompno fit a deo cum
videatur quod talis diuina conueniat fatuus
pœotis et melancolicis et non sapientibus
b. **S**ed stat donum prophetie esse a deo quod
non datur nisi bonis et dei amicis. **Q**uod
oppositum Balaam fuit propheta sic patet
nisi 2. **E**t tamen fuit malus homo et cul-
tor ydololatrie et deonum. **I**tem **Matth.**
10. **H**ec quod multi d. in iudicio domine domine
nonne in nomine tuo prophetaui et in nomine
tuo de omnia eiecim? et virtutes mul-
tas feci? **E**t respondebit eis a deo. **N**unquam
nouos et a prophetaui quod illi fuerit p-
phete et tamen nunquam fuerit amici dei.
Quod ad istam questionem dicitur quod sola cari-
tas est per quam homo accipit dei constituit. **E**t
omnis gratia gratia data que potest esse sine cari-
tate potest tamen conferri bonis et malis amicis
dei et etiam inimicis. **U**nde moysi autem gratia fuit
propheta. fides. sapientia. potestas curandi et
significatio faciendi vni dicitur. **1. Cor. 12**. **S**i ha-
buero prophetiam et nouerim misteria om-
nia **E**t si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam in caritatem
autem non habuero nichil sum.
Et qua auctoritate satis patet quod do-
num prophetie haberi potest sine
caritate. **E**t ideo dicendum ad ques-
tionem negatiue quod non solis amicis
dei conferatur donum prophetie cuius
ratio est quia donum prophetie con-
feritur alicui ad utilitatem eccle-
sie communiter et non prescise ad
utilitatem illius cui datur. **1. Cor.**
12. **V**nicuique data est manifestatio
spiritus ad utilitatem. **M**odo ad
utilitatem ecclesie est et honor et
dei quod habeat testimonium etiam
a malis aliquibus. **E**t ideo legitur multos p-
phasse. **V**bi non dicitur quod licet prophetia con-
feratur malis moribus non tamen idcirco ad-
mittit malitiam visum. quod ei prophetia est

quaedam specialis prognosticatio futu-
 rorum ad quam requiritur eleuatio men-
 tis per contemplationem. **I**dem illa que
 spirituali cognitioni repugnant con-
 trariant prophetie. Et ideo uicia car-
 nalia que habent vehementes pas-
 siones et occupationes terrenorum simi-
 liter que mentis eleuationem impe-
 diunt prophetie repugnant. Et ideo
 legimus de filiis prophetarum **Reg.**
1. q. 2. simul habitauerunt cum Elizeo
 quasi solitaria vitam agentes. In
 quadam etiam honestate a carnalibus
 abstinentes. **V**icia uero spiritualia que
 mentis eleuationem non impediunt
 prophetie non repugnant. Cuiusmodi sunt
 cultus ydolorum. Obsecrationes et ad-
 iurationes ac etiam oblationes fac-
 te demonibus. **V**nde **Reg. 18.** dicit
Heliseus. Congregate ad me ymi-
 sum israhel in monte Carmeli prophetas
Baal et hoc prophetasque uiciorum
 eorum. Qui comedunt de mensa israhel.
 Constat quod omnes isti fuerunt
 demonum cultores et tamen in quadam
 honestate corporali uixerunt. Unde
 et nigromantici qui demones consu-
 lunt non expelluntur per illo tempore quo lu-
 rarijs se immiscet sicut ipsi fatentur.
Et libri eorum quibus superstitiose hec
 docent. **A**d primum dicendum quod se-
 cretum non est reuelandum propter se sed
 propter utilitatem amicorum maxime
 ubi noticia non prodest inimico hec
 indiget ipsius occultatione sed publi-
 ca conuentione tunc enim ad honorem domini est
 quod secretum quod est contrarium inimi-
 co et utile amicis per inimico potius
 diuulgetur. **Q**uando autem dicit **Io.**
17. quod ideo Christus dicit discipulos
 suos amicos quod omnia et nota fecit eis
 exponit **Greg.** quod noticia illa qua

in eis carnis fuit noticia cum amicitie
Talis autem noticia non omnibus pro-
 phetis conuenit. **A**d secundum dicentem
 quod lupi rapaces ibidem dicuntur tales
 qui intendunt per malam doctrinam
 alios seducere et perdere. Unde non om-
 nes mali interius et exterius apparent
 boni sicut sunt prope ritum vel alij qui
 honesta docent et turpiter uiuunt sicut
 lupi rapaces et falsi prophete qui do-
 no sciencie abutuntur ad seducendum
 alios quia ad hoc non mittuntur a deo
Sed mali homines. ueri tamen prophete
 mittuntur a deo ueritatis propter utili-
 tatem aliorum sicut fuit de Balaam et
 quod propheta ueritatis zelo dicunt non
 intentione alios decipiendi. **A**d tertium
 quod est de diuinatione de sompnijs
 dicendum quod **Aristoteli.** uult dicere quod
 illa diuinatione est naturalis et non a deo
Dona enim dei non dantur irrationabili-
 ter. darentur autem irrationabiliter si
 darentur contra omnibus et precipue
 fatuis et peccatis. Et ideo concludi-
 tur quod diuinatione talis in sompnijs a
 natura est et non a speciali operatione
 dei. **M**odo quia potest contingere quod unus
 malus homo est aliquando aptior ad
 quoddam certum misterium quam alius. quod
 tamen est simpliciter magis bonus est et
 scilicet quod est ad honorem dei de suis hosti-
 bus habere testimonium. ideo donum pro-
 phetie datur etiam inimicis. aptis tamen ad
 tale misterium proficiendum. **S**ed contra
 ista uidetur quod diuinatione per sompnia
 non sit possibilis. quod diuinatione im-
 pat certitudine. sed certitudo nulla
 potest haberi de aduentu futuro pro-
 pter sompnijs quod nichil est. **A**d op-
 positum est **Aristoteli.** 2. de sompno de-
 terminans de diuinatione non quacumque
 sed tamen de illa que fit per sompnijs

hoc est verbum videlicet. qd dicitur
 natio que fit p somnium e possibil
 Sed sicut ibidem dicit commentator.
Nullus est homo cui somnium non
 enunciet aliquid futurum et nullus
 famosus e toto falsum sicut dicit
Aristoteles *1. Eth.* fama autem non
 omnino dicitur quia multi populi
 famant. **V**nde diuina e i proposito
 nichil aliud est qd somnium signum
Vbi notandum qd sicut dicit **Alb**
ertus Somnia signa aliquid
 in nobis causantur ex corporibus
 celestibus aliquid ex nobis ipsis. **E**t illa
 sunt in duplici genere quia quedam
 habent originem ex parte corporis que
 dicitur autem ex parte anime. **E**x parte cor
 poris quidem sicut quando aliquis hu
 mor in homine sicut fleuma melanc
 colia vel colera. **C**ontingit p motum
 vehementem illius humoris fatia
 ibi formare consilia p dola et corda
 cia in illo humore. **S**icut aliquis som
 niat gustare dulcia ppter humo
 rem fleumaticum descendente ad linguam
 vel palatum. **E**t talia somnia sunt signa
 infirmitatum sicut narrat **Albertus**
 de quo dicitur qui somniavit pisces au
 tentem infundere in ventrem suum ha
 bundantiam colere nigre. et expe
 gatus emisit de se colera nigra
Ex parte anime habent originem ppter ve
 hementem sollicitudinem anime circa
 aliquid in vigilia *ecc. 4.* **M**ultas
 curas sequuntur somnia. **E**t ideo dicit
Aristoteles. **A**mici pauci exites mari
 me sunt solliciti de semivice. **C**ontin
 git qd anima format sibi p dola de di
 lecto. et p hoc multa p dola de cau
 stantijs circa dilectum. **O**riuntur etiam
 ppter hoc multa p dola tam de p
 ritate qd de aduersitate qd somn

nia aliquando sunt vera aliquando fal
 sa. **E**t idem credo de inimico sicut
 de dilecto quia tunc sollicitatur anima
 circa fugam inimici. et quomodo se ab
 eo possit defendere. sicut sollicitatur
 circa amici curam. **V**nde quando
 aliquis contra somniat de aliqua
 persona signum est immediatum qd a
 nimia multum sollicitatur circa il
 lam personam si an amor vel odium
 sit nouit ille solus qui somniat.
Valerius *li. 9. c. 7.* in fine duo fami
 liares archad iter facientes **M**e
 garem venerunt quorum alter se
 ad hospitem contulit alter ad ta
 bernam mercatoriam diuertit **I**s q
 in hospicio erat vidit in somnijs
 comitem suum orantem sibi campo
 nem insidij circumuento opem fer
 ret. **P**osset enim celeri eius accu
 su se imminenti periculo liberare.
Ruo viso excitatus perstrinxit tabernam
 in qua is diuersabat pete conat
 e. **P**estifero deinde fato eius ppha
 nissimum propositum tamq supua
 rium dampnauit et lectus ac som
 num reperit. **T**unc idem ei sauci
 us oblat obsecrauit ut et si an
 te vite sue auxilium ferre neglexis
 set nec saltem vicionem non ne
 garet. **C**orpus namq suum a cau
 pone trucidatus cum magno plau
 stro ferri ad portam stercore co
 pertum. **T**am constantibus fami
 liaris precibus compulsus protin
 ad portam cucurrit et plaustrum qd
 in quiete demonstratum erat co
 prehendit. **C**auponemq ad capi
 tale suppleum perduxit. **T**ercio
 modo habent somnia in nobis
 originem ex corporibus celestibus
 qd alterat organa virtutum sensituum

211

firi quasclā qualitates. Et tūc fa-
 talia formāt sibi cōsimilia ydola
 fiunt signa euentuum futurorum
 de bellis. Infortunij & eufortunij
Quales autē sunt optimi diuinato-
 res dicit Aristoteles q̄ tria geneā
 hominū bene diuinantē. frequen-
 ter habēt sōpnia significatiua. Ve-
 lam amātes & melancolici. Vela-
 ni sunt ydote & fatui. Cuius causa
 est quia tales non sunt solliciti cir-
 ca motus pprios. & ideo bene senti-
 unt motus extraneos corp̄ cele-
 stiu q̄ homines ratione & pruden-
 tia vigentes. Sed amātes de no-
 tis suis certius sompniāt. Sicut si
 homo i vigilia videat duos a tmo-
 to in equali distancia. Vnū notū
 et aliam ignotum certius indica-
 bit de noto suo q̄ ignoto. Tercō
 melancolici sūt ymaginatiū quia
 sunt frigidia siccā. Ideo sit in eis nā-
 turalit̄ maior impressio siccāchro-
 rū. Quia vero cerebrū est album &
 clarum. delectatur naturalit̄ in lu-
 ce & claritate & odit et fugit nigre-
 dimē & obscuritatem. Fum⁹ autē
 melancolicus ascendens & migrat
 cerebrum. & ideo quia ymaginatio
 melancolica est cum tali fumo ai-
 ma fastidit cito quodlibz ymagia-
 tum & querit fugere & diuertit se
 ad aliud. Et ideo omnis melanco-
 licus facillit̄ se diuertit ab vno
 simili ad aliud sibi simile q̄ ad in-
 dētis. et ex istis contingit q̄ melā-
 colici sunt boni sompniatores. Ali-
 ud tamen est hominē esse bonū
 sompniatorē & bonū sompniū in-
 terpretem. sicut ibi docet Aristoti-
 les q̄ illi sunt boni diuinatores vlt
 sompniatores quib⁹ apparent vlt

ta sōpnia. Illi boni. interpretēs. qui
 cognoscunt quorū signa sine. vñ
 de fatui & melancolici sunt boni di-
 uinantes non autē boni interpretes
 quia ad hoc requiritur experientia
 longa & condiciones nosse somp-
 niantis & dispositiones corporum
 celestium & multa talia que nimis
 difficile est nosse. Et istud ē vanis-
 simum q̄ homo se de interpretatō-
 nib⁹ intromittat nisi forte in illis
 sompniis que ex complexione ho-
 minis oriuntur. Fatui vero dicuntē
 bene diuinantes quia non sūt sol-
 liciti circa trena nec circa seipos.
 Vnde eorum sōpnia sunt valde
 certa si aliquis ea scieret interpre-
 tari. ex quibus patz q̄ in quibus-
 dam sōpniis est aliq̄ certitudo sed
 i paucis. et ideo. Sōpnia ne cui⁹ nā
 fallūt sōpnia phis. L. cō. 109.

Et ei speciosior sole & sup̄ o-
 ne dispōnē stellarū luci cō-
 parata inuenitur prior. Il-
 li enim succedit nox Sapia; at n̄ vi-
 cit malicia. P⁹ q̄ om̄data ē sapi-
 ecia ex hīs q̄ ei ueniūt ab soluce
 & ex seip̄a. In hac pte om̄datur
 ex hīs q̄ sapie ueniunt ex op̄atō-
 ne ad alia. Sūt ei ta q̄ it corp̄ alia
 mariē nobilitatis apparēt. vi; sol
 stelle & lux. S; ista oia p̄cellit sapi-
 ecia. Est ei h̄c & sapia increata q̄ ē
 de⁹ speciosior sole. & tū it oia opa
 di nobilissimū ē sol. vñ singl̄ ait de
 sole dī. Eccl. 1. 7. Spēs celi i visione
 gl̄e. sol i asp̄cū anūtiās i eritū. vas
 adm̄abile op⁹ excelis. Rū ita ē q̄
 aliquis artifex ml̄ta opa facit alia
 maioā & alia mioā. Ills pp̄issime
 dē op⁹ suum quod accedit magis
 ad p̄p̄osēz vñis op̄antis & in q̄

maxime reliquit sapia artificis **S;**
 i sole maxie reuertit sapia sumi ar
 tificis **Vñ Jo. Cris.** exponit illud in
 principio erat verbū dicit q̄ sol
 causalitē cōtinet in se omnes fōres
 a species a colores hui⁹ mundi vi
 sibilis vñ a **Plim⁹** super sōpniuz
Scipiois libro primo versus finē
 dicit q̄ sol vocat̄ dux a princeps
 a moderator luminū reliquorum
 mens mūdi a cor celi. **Dux** quidez
 quia omnes stellas luminū maie
 state p̄cedit princeps maiōitate
 q̄ illa simplicit̄ p̄eminet ut q̄ so
 lus talis sit sol vocatur moderator
 luminū reliquorū. q̄ ipse s̄m **Ma**
crobum retrogradacōez a stacio
 nē in stellis erraticis causat. **Mēs**
 mūdi dicit q̄ sicut omne illud q̄d
 ab homine fit cōuenient̄ ex men
 tis deliberatione procedit. **Ita** om
 nia que in mūdo cōuenient̄ ab ope
 re sol existūt dies a nox autūpn⁹
 a estas hyemps a ver. **Dicit** autē
 cor celi quia sicut cor i medio aia
 lis. **Ita** sol i medio celi ponit̄ ad ca
 lescentiū totū mūdū. **Et** sicut cor
 de cessante a motu aialis viuere nō
 potest. **Ita** nec quicq̄ naturalit̄ vi
 uere p̄t in mundo motu sol cessā
 te. **Et** tamen hec a sapia increata ē
 speciosior sole. quātūcumq̄ ei luce
 ac sol: radios tñ suos infra viscera
 terre non extēdit nec ad oppositaz
 partē terre. **Sed** de sole iusticie est
 aliter quia radios ei⁹ visibiles per
 totam terrā extendit nec aliquid
 eū latere p̄t. **Omnia** ei nuda a ap
 ta sūt i cōspēdu illi⁹. **Vñ de Eccl. 22.**
Oculi domini multo plus sole luci
 diores sūt super terram circūspi
 cientes oēs vias h̄im a p̄fūdum

abissi a hōim corda intuentes hi
 absconditas p̄tes. **Et** ideo cōducit
Boeci⁹ de cōmet⁹ 2. q̄ teus p̄t di
 ci ver⁹ sol quia solus omnia vidz
 dicens sic. **Puro** clarū lumine p̄he
 bū melliflui canit oris **Homerus.**
Qui tamē intima viscera terre **Nō**
 valet aut pelagi radioz. **Infirma**
 prorūpe luce. **Hanc** sic magni con
 ditor orbis h̄me ex alto cuncta tu
 entū. **Nulla** terre mole existūt. **Nec**
 nox a tris nubib⁹ obstat. **Que** sūt
 que fuerunt venientq̄. vno men
 tis cernit in idū. **Quem** quia resp̄i
 cit omnia solus. **Verū** possis dicē
 solem. vult dicere **Homer⁹** qui di
 citur melliflui oris p̄pter dulcedi
 nem eloquencie composuit vnum
 librum de laude solis. **Qui** tamen
 sol non posset penetrare ad intia
 viscera terre vel maris propter
 infirmitatē sue lucis. **Sed** nō sic dicit
Boeci⁹ de deo q̄ sibi intuenti om
 nia ab alto terre non resistūt. sua
 mole imo omnia que sūt l̄ fuerūt
 l̄ erūt circuit in vno idū mentis.
Et iō racōnabile d̄t q̄ respicit oia
 solus possu⁹ eū dicē verū solez. **Est**
 ḡ sapia speciosior sole et nō soluz
 hoc ē immo sup oēs dispositōnez
 stellarum id est super ymagines
 stellarum fixarum siue sint in zo
 diaco siue extra. **Vel** super omnē
 dispositōnem stellarum id est su
 per omnem pulchritudinem cir
 cūsumq̄ stelle erraticę vel fixe.
Job. 22. **Stelle** n̄ sūt in cōspēu ei⁹
 mūde. **et** idō 3⁹ subiūgit q̄ luci cō
 pata iuenitur p̄or a dignior a ho
 norabilior. **Vñ Aisto. li. p̄dicant̄**
 totū **Qd** meli⁹ ē a hōrabilior p̄p̄ eē
 videt. **Consueuerunt** enī plurimū

horabiliores a magis dilectos a se di-
 cere potest apud se. Et tamen alienissi-
 mus prioris hic modus: hec ille. **S**ed
 quod posset esse dubium quod sapientia pos-
 set esse dignior luce in suo genere. **I**-
 deo consequenter hec probat sic. **L**uci
 succedit nox et per omnes caetera eterna sta-
 bilitate a vincit aliquo modo: ex quo
 non semper manet uniformis. **S**api-
 entiam autem increata vitelic; non vi-
 cit mala. **C**onfirmatur operatione sola-
 ris luminis ad diuinam bonitatem; fa-
 cit **D**yo. g. c. de diuinis nominibus di-
 cens quod sol est expressa similitudo
 diuine bonitatis quod lumen suum quod ha-
 bet eminenter extendit ad omnia vi-
 sibilia et si aliqua inferiora illud non
 participant hoc est ex eorum defectu non
 ex defectu solis. **V**nde nichil om-
 nino priuatur eius virtute. **S**ed
 hoc videtur contra predicta a boetio
 qui lucem solis dicit esse inferam et debi-
 lem quod non potest intrare ad interiora terre ergo
 non illuminat omnia. **E**t super hoc potest esse
 duplex dubitatio. **V**na an sol illumi-
 net infra terram. **A**lia an illuminet stel-
 las alias sub se et super se. quod autem illu-
 minat cum medium mundi arguitur ex di-
 cto **P**tol. qui dicit quod radius omnium stel-
 larum nunquam adunatur nisi in centro terre ergo
 radius solis se illic extendit sed illi ra-
 dii sunt illuminati ergo illuminant viscera ter-
 re et maris contra **B**oetium. **A**d istud pla-
 ne dicendum est non. **T**amen per intentionem
Ptol. est sciendum quod participare lumen
 est dupliciter. vel formaliter secundum actum
 luminis: vel virtualiter secundum aliquem
 effectum luminis. **P**rimo modo non illuminat
 sol viscera terre nec ipsa sic lumen
 participant. **S**ecundo modo participant vi-
 delicet formaliter aliquem effectum luminis.
Vnde non intelligit de radiis luminis

sed de radiis virtutis et actiui-
 tatis quemadmodum loquitur **A**-
 kindus in libro de theoria arcanum
 magicarum capitulo de radiis stel-
 larum ubi ponit luminis omnem
 actualem existenciam in hoc mun-
 do electorum radios emittere in om-
 nem partem qui totum mundum
 replent. **V**nde omnis locus radios
 continet omnium rerum secundum erro-
 res suos ibidem. **Q**uatum vero ad
 aliud dubium **A**n videlicet sol il-
 luminet stellas superiores: potest
 argui quod non quia non est nature
 inferioris influere in naturam superi-
 orem ergo sol non infundit lumen
 stellis superioribus. **C**onfirmatur
 ratio ista quia sicut se habet motor
 superior ad motorem inferiorem: ita
 mobile superius ad mobile inferius.
Sed motor superior influit in
 inferiorem et non e converso. **I**tem
 similiter dicitur **C**icero. solam lunam ob-
 scuritate habere: ceteras stellas
 lumen habere proprium: licet sol
 per excellentiam lumen habeat sin-
 gulare ergo non omnes stelle ali-
 e a sole recipiunt lumen a sole sed
 tantum luna. **I**tem si sole caret lumen in su-
 perioribus planetis et stellis fixis tunc
 omnia luminaria planetarum et stellarum fixarum
 foret eiusdem speciei cum lumine solis: omnis
 falsum: quod saturnus per suum lumen cau-
 sat frigiditatem. **V**nde saturnus dicitur
 esse planeta malivolus propter excessiuam
 frigiditatem et mars similiter propter ex-
 cessiuam siccitatem. sicut dicit **P**tho-
 lomeus in quadripartito et **M**acrobium in
 saturnalibus prope finem dicit quod lumen
 lune est appetatate nature sue humec-
 tat corpora sua et lumen solis desiccatur.
Vn si aliquis dicitur se luna dormio est

speciei cum lumine solis: potest dici vno modo negando consequentiam loquendo de specie specialissima. sed quia actus actiuorum sunt in pacitate dispositio. id est in saturno causat vnam speciem luminis et in luna aliam et sic de stellis fixis similit. nec est productio penitus vniuoca: quia vis ista lumina sunt eiusdem speciei intermedie. diuersitas autem secundum speciem: secundum speciem ponit in lucem precipue propter diuersitate effectuum secundum speciem: quia vnum lumen refrigerat et aliud calefacit conformabile passum et conformabile approximatum. Et principium naturale est quod potentie actiue eiusdem speciei in similibus passis habebunt effectum eiusdem rationis. si tamen diceremus quod omnia lumina sunt eiusdem speciei: tunc potest dici quod stelle non solum agunt per lumen sed vel per substantiam propriam. vel aliam qualitatem nobis incognitam vna cum lumine. et non est inconueniens quod due res eiusdem speciei sunt cause principales effectuum duarum diuersarum specierum. **Capitulum Octauum.**

Lectio. 104.

Atingit ergo a fine vel quod ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. hanc amauit. et exquiritur ei a iuuentute mea. et quasi sponsam michi eam assumere. et amator factus sum forme illius. **I**ntentio sapientis salomonis in isto capitulo octauo est specialiter enarrare: quemadmodum ad illam mirabilem sapientiam quam habebat deuenit. Et vult dicere quod nec ab homine: nec a studio: nec a demone

nec ab angelo. sed per deuotam supplicacionem impetrauit eam a deo. **V**nde circa hoc duo facit. **P**rimo ostendit quantum habuit ad scientiam acquirendam desiderium et affectionem. **S**ecundo ponit in forma sue petitionis deuotam supplicacionem. **S**ecunda pars ibi capit. 9. **D**e partibus meorum. **C**irca primum est aduertendum quod persone inter quas feruentior amor ostenditur ut coniter inter homines sunt vir et mulier: iuuenis et puella: amicus et amica: qui inter se contrahere cogitant copulam conjugalem. et ideo sapiens salomon ut amoris vehementiam manifestaret quam habebat ad sapientiam: licentia poetica: ficta quodammodo in narratione: sed sub vera significacione introducit seipsum in formam iuuenis cuiusdam puelle nobilissime quam sapientiam vocat: nuptias affectatis. **P**rovidens autem nuptias contracturus sic procedit. primo ostendit valorem et gratias persone cuius qua proponit contrahere. **S**ecundo dicitur et diuicias quas potest cum ea recipere. **E**t tertio si obdicones proprie sui ipsius possint puelle congruere. **Q**uarto quo eam a parentibus et amicis quorum interest potest petere et habere. **I**tem modo salomon cum amica sua sapientia tractatur. primo ostendit ipsam puellam mirabiliter amabilem et gloriosam. **S**ecundo ostendit ipsam dicitur fore summe desiderabilem et preciosam. **T**ertio sui ipsius obdiconem monstrat fuisse spectabilem et vniuocam. **E**t quarto ostendit puellam dicitur habere nobilitatem venerabilem et gloriosam. **E**t in ista quatuor e. diuidit in 2. partes. **S**ecunda pars ibi. **P**roponit. **T**ercia ibi. **Q**uerat eam. **Q**uarta ibi. **E**t ut sciam quoniam alii non possunt esse conueniens nisi